

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruitus p
cum fonte primo

Si quis existimat seruitutem
in totum hominem descendere,
pars eius melior est excepta. Corpora
obnoxia sunt et ascripta dominis;
mens quidem sui iuris
est.

Seneca III. de beneficiis.

Errat,
si quis existimat seruitutem
in totum hominem descendere.
Pars melior eius excepta est: corpora
obnoxia sunt et adscripta dominis,
mens quidem sui iuris,
quae adeo libera et uaga est, ut ne ab
hoc quidem carcere, *in quo* inclusa est,
teneri queat, quominus inpetu suo utatur
et ingentia agitet *et* in infinitum comes
caelestibus exeat.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
3, 20, 1 (F. Préchac ed., pp.78-9).